

sapienter, severe ac fortiter egimus, nec minus aut reipublice aut amicis aut iis^(a) qui operam nostram implorassent, consilio atque ratione^(b) profuimus. armati aliquando, sed togati plurimum^(c) gessimus, nunquamque, dum^(d) licuit in republica obversari^(e), ab
 5 gerendis negotiis^(f) studia nostra subtraximus; postea vero quam eversa est, quando nichil aliud licebat, dedi lacrimas, et crebro deploravi urbis illius statum, quam^(g) manibus aliquando meis salubriter stabilieram^(h). quam ob causam ut variarem necesse fuit⁽ⁱ⁾ aliquando^(k) et animum et orationem, quando tanta erat^(l) in rebus,
 10 tanta in moribus hominum variatio. ita ergo multa et dixi et deploravi, ac multa ex sententia, crebro ut fit, variavi. sed inquietum atque anxium, verbisque meis, quibus non facile quisquam uteretur, nisi qui aut de se nimium presumeret^(m) aut de nobis⁽ⁿ⁾ (parum sentiret,) precipitem calamitosumque me senem appellas^(o), atque
 15 his contumeliosis vocibus quiescentes iandudum manes inquietare sustinuisti. haud impune, vivente me^(p), quisquam intulisset, sed hec facile nunc remitto. nichil enim contentiose dicturus sum, si modo tibi videbor^(q) in reliquis abunde^(r) defensus^(s). non contentiones quidem michi susceptae sunt, nullasque simultates aut odia
 20 exercui nisi pro amicis aut magis pro republica, pro quibus non modo suscipiende contentiones sunt, verum etiam, si opus sit, vita luxque deponenda. semper enim ita sensi atque ita exoptavi, ut in patriam primum, deinde in omnes^(t) gratus et essem et iudicarer. id vero otium et etas et professio et fortuna mea sibi exigebant ut
 25 essem, qui semper in negotio versarer. et scripsi enim crebro in libris^(u) nostris, et^(v) ita semper visum est, prestare omnibus vel ge-

(a) *Codd.* his (b) *R* consilio quoque rat. *G* consilioque eorum proficimus (c) *R* plu
G plus (d) *G* nunquam quae dura (e) *RG* deservari (f) *RG* om. negotiis (g) *Codd.*
 quem (h) *RG* stabilivi sal. (i) *RG* om. necesse fuit *C* dà fuisset (k) *L* om. ali-
 quando (l) *RG* erat tanta (m) *RG* sentiret (n) *L* om. le parole aut de nobis re-
 cate dagli altri codici, i quali però le fanno dipendere da presumeret (o) *Eccetto L*,
 i *codd.* danno viventem me (p) *R* videar *G* videor (q) *R* abundanter *G* abundasse
 (r) *R* defensurus (s) *L* omnis (t) *CG* litteris (u) *C* ut

(1) Come avverte l'HORTIS (op. cit., p. 39, nota 3), le parole « preceps et » calamitose senex » derivano dall'apocrifia *Epistula ad Octavianum*, 6, la quale

si leggeva nel codice veronese delle *Epistole ad Atticum* &c. (cf. F. HOFMANN, *Der Kritische Apparat zu Ciceros Briefen*, Berlin, 1863, p. 2).